



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118855**

§. 86. Regis Consilium de Rupellensi Obsidione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](#)

quiū reduxit. Ad Ligerim adhuc Sæc. XVII.  
 Regii exercitus cursum sistebat arx, Suil- A.C. 1621.  
 lium nomine, Bethunii seu Suillii Du-  
 cis uxore & Orvallo ejus Filio adver-  
 sus Regem pugnantibus, quantumvis  
 ejus Maritus ad Regis obsequium re-  
 versus, & Marchio Rosnius non modo  
 factioni, sed & Sectæ nuntium misis-  
 set, hicque Ducissam, incassum licet,  
 in ditionem flectere conatus fuisset.  
 Igitur admotis belli tormentis Princeps  
 Condæus, & San - Paulæus Comes  
 primum Ecclesiam a Sectariis valide  
 munitam non sine magna rebellium  
 strage occupant, Trinnium ad flumen  
 usque repellunt, & potissimam eorum  
 partem aut cædunt, aut undis submer-  
 gunt. Postridie in arcem, cum urbs  
 ipsa in Regis fide perstisset, impetu  
 facto eam die decima nona Julii ad de-  
 ditionem compellunt, ea lege, ut ci-  
 ves & præsidiarii abjurata factio Re-  
 gi fidem sacramento obstringant. Hic  
 denique seditionis Calvinianæ ad Li-  
 gerim & Sequanam motæ exitus erat.

### §. LXXXVI.

#### *Regis consilium de Ruppellenſt obſidione.*

Tot Provinciarum, urbiumque ja- Calmet l. 6.  
 cturna intimo dolore laniebat Rup- Serres Hist.  
 pellen-

Sæc. XVII. pellenses Calvinistas, qui in sua rebel-  
A. C. 1621. lione longe pertinacissimi, ut Regius

copiis omnem pabulandi copiam ea ex  
parte demerent, uberrimam illius an-  
ni messem ferro flammaque in vicinis  
agris destruxerunt; demum instructa  
classe Ruppella exeunte Mense Julio  
solventes, in Pictonum Provinciam ex-  
scensionem faciunt, pagisque mari ad-  
jacentibus foede devastatis, Ecclesias  
diripiunt, Sacerdotes rem divinam ce-  
lebrantes jugulant, campanas pro li-  
quandis belli tormentis afferunt, ac  
denique in Catholicos tam inhumana  
crudelitate deserviunt, ut non jam in  
Christianos, sed barbaros infideles bel-  
lum gerere crederentur: Infaustam ho-  
rum sortem misertus Rex, Ellebovio,  
Parslinio, & Rupifocaldo Ductoribus, si-  
gna in perduelles conferri jubet: nec  
inde territi Calvinistæ, ex munimento  
tumultuarie constructo in Regios ir-  
rumpunt, initoque prælio strenue di-  
micant, tandem vero a Regiis devicti  
auffugiunt: unacum Richardeto Rup-  
pellensis cohortis Præfecto, qui dum  
in Ecclesiam sese proriperet, in limine  
ipsius Templi, in quo Christi cruci af-  
fixi imaginem sclopeti ictu paulo ante  
transfoderat, a Regio milite trucida-  
tus est. Ut vero Rex deinceps Rup-  
pellensium audaciam, eorumque fero-

cita-

*a d i m o n  
d i l l a c t u  
n e l l e y*

citatem terra marique penitus refræ- **Sæc. XVII.**  
 naret, ad Britanniæ & Normaniæ li- **A. C. 1621.**  
 tora classi quantocius instruendæ Gui-  
 sium destinat, ut horum Piratarum in-  
 festas excursiones inhiberet, ac exte-  
 ram opem Rupellensibus intercluderet:  
 Espernonio autem Duci datum est ne-  
 gotium, ut ad continentem cum quin-  
 que peditum millibus & sexcen-  
 tis Equitibus commercia cum vici-  
 nis Provinciis prohiberet, urbesque  
 circumpositas æstiva messe spoliaret,  
 ac rebelles per inediā domaret.  
 Rex vero eodem Mense Coniaco Cutra-  
 cum, & inde die decima septima Au-  
 gusti Montalbanum venit, hanc urbem  
 expugnaturus, ut eo expeditior esset  
 Rupellæ obsidio, cui jamjam assiduis  
 velitationibus ac præliis vario Marte  
 commissis, multisque Calvinistarum  
 urbibus, qua vi, qua ditione captis  
 præludebatur.

### §. LXXXVII.

*Variæ urbes Montalbano vicinæ a  
 Mayenio Duce occupatæ.*

Jamjam Mayenius Dux cum suis copiis *Calmet &*  
*Montalbanum versus procefferat, Gramond.*  
*condictoque pretio Mansum - Verdu-* *l. c.*  
*num urbem, Insulam - Jordanis, & Ca-* *Meteran.*  
*steram arcem nullo negotio occupabat: l. 41.* *Hist. Belg.*

*Adeo*

